

Andreas Krziczki, Petro Tomiczki

65

Venerabilis domine avuncule mi. honorandis-  
sime. Paucis ante diebus dedi literas ad do-  
minationem vestram, has etiam nunc, etsi  
nulla scribendi sit materia, scribere volui,  
ut crimen illud silentij, quo à dominatione  
vestra arguebar, eluerem. Dominus noster  
reverendissimus optime valet, et ad curas  
illic nostras et miserias saepe suspirat,  
et praesertim dominationis vestrae, quam  
singulari amore complectitur. Ego etiam va-  
leo more solito, competenter scribo elogos et  
epitaphia sororibus et fratribus, ne honore  
suo post cineres et virtutum premiū frau-  
dentur. Nescio quid aliud scribam. Commem-  
do me dominationi vestrae plurimum. Ex Cziaz-  
zim die 14. Octobris anno Domini 1508.

Main body of extremely faint, illegible handwritten text, possibly in a historical or scientific context.

